



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 25. Cardinalis S. Petri ad vincula in Gallias ablegatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

**Sacul. XV.** drorum poenam Pirata quidam natione  
A.C. 1480. Normannus, cognomento Coulonius, seu  
Columnus, qui octoginta naves frumento in Prussia mox coempto onustas, omnesque, quas ceperant, haleces Flandris abstulit: Unde ingens universitas huic regioni damnum accrexit. Post hæc bellicis expeditionibus brevi finis impositus, totaque reliqua anni parte utrinque ab armis cessatum est. Demum de pace agebatur, quam ut summus Pontifex inter dissidentes conciliaret, Legatum suum in Gallias decrevit.

## §. XXV.

*Cardinalis S. Petri ad vincula in Gallias alegatus.*

Missus est a Pontifice Julianus Ruveranus Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, qui jam quatuor ante annos alegatione functus, in Gallias veneratus. Huic præcipue datum est negotium, ut inter Ludovicum XI. & Maximilianum Austriæ Ducem pacis foedera componeret: Igitur mense Septembri hoc anno millesimo quadringentesimo octogesimo Lutetiam Parisiorum pervenit, ibidemque honorifice exceptus Regem adiit, quem expectatione sua proniores ad revocandam concordiam experiebatur: Ludovicus enim ob Guinegatanam cladem

dem acerbo dolore angebatur, ratus, suo- Sæcul XV.  
rum cædem numero longe majorem A.C. 1480.  
fuisse, quam fama ad ejus aures detu-  
lisset; præterea persuasum sibi habebat,  
quod jamjam Maximilianus cuncta, quæ  
Galli Archiducis conjugi in Belgio eri-  
puerunt, victricibus armis recuperasset;  
eum enim victoriæ suæ felicitate oppor-  
tune usum fuisse, minime dubitabat; quin  
imo nequidem Cordæo certaminis dis-  
crimen experiendi copiam dedisset, nisi  
vix unquam interruptus victoriarum,  
quas ab obitu Burgundiæ Ducis repor-  
taverat, cursus ab invito Rege assensum  
extorsisset. Accedebat insuper inqui-  
tissimus curarum turbo, quo secum cre-  
bro cogitabat, quod absque orâni dubio,  
si prælio vicisset, totum Belgium suo im-  
perio subjugasset. Præterea alia præ-  
valebat ratio, ob quam ardentius pacem  
exoptabat Ludovicus; indies enim illius  
valetudo decrescebat, & quod plus est,  
occurrebat identidem Regis animo mæ-  
sta recordatio, qua se ab omnibus Re-  
gvi Proceribus odio haberet, Filium suum  
per ætatem necdum sui juris esse, proin-  
regnum, mutata regiminis forma, certo  
certius intestinis seditionibus discissum  
iri præsentiebat; Hinc filii sui salus ex-  
teri belli fugam, & amotionem exposce-  
bat, illinc cupido conservandi ea, quæ  
Burgundo hæredi abstulerat, belli ne-

C 2                   cessita-

Sæcni. XV.  
A.C. 1480

cessitatem suadebat; Inter hancce pugnantem vigilum curarum vicissitudinem Ludovicus reliquam Belgij partem occupandi spem abjiciebat, eumque unice distentum tenebat hucusque parta tueri sollicitudo. Quapropter toto capite Legati consiliis annuens, paci inter se & Archiducem conciliandæ suffragatus est. Ad tanti negotii curam vix ulla retro actas tulit aptiorem, quam hunc ipsum Cardinalem, qui, quamvis Nepos esset Pontificis, Gallicæ tamen nationi impenso admodum animi studio addictus erat, ac nonnisi ad res maximas natus videbatur.

### §. XXVI.

#### *Induciæ inter Ludovicum XI. & Archiducem sanctæ.*

*Comm. to. V.* Ergo Ludovicum inter & Archiducem edit. ult. p. 79. fanciuntur induciæ, quarum conditiones Maximilianus præscribebat, easque Galliarum Rex omnino acceptasse videtur. Fuerunt illæ Mense Augusto utrinque firmatae, ad septem Menses perduraturæ. His conventum erat inter eos, ut a principio nonnisi triuna mensium induciæ promulgantur, evoluto autem hoc temporis spatio per alterum editum eadem ad quadrimestre prorogarentur: earum fidejussores sint Angliæ Rex, & Britanniæ Dux; intermedio hoc tempore